

1899

C O D I C E S

1900

lar. Continet vero I. *Themata dominicalia super dietam salutis*, id est, Excerpta in usum homileticum e Libello ita inscripto, qui etiam fol. 11. continuo sequitur, et incipit: *Hec est uia, ambulate in ea nec ad dextram nec ad sinistram. Ys. XXX. Magnam misericordiam facit qui erranti viam ostendit maxime de nocte et in terra hostium tempore guerrarum &c. Dieta* barbata iter est, quod uno die confici potest, hinc vel hodie Anglicum *Journey* et Gallicum *Journée*; X. vero *Dietas mysticas* Libellus noster emittitur, cui hanc hederam sub finem Librarius adpendit: *Explicit tractatus iste nobilissimus qui propter sui bonitatem intitulatus est dieta salutis. quia per ipsum itur ad regnum celorum. Addere poterat autorem Bonaventuram, inter cuius opuscula prostat edit. Lugd. 1668. T. VI. p. 272. f.*

II. fol. 83. Incipit *Tractatus beate uirginis*. Inscríbitor: *Reuerendo domino ac patri Monachus inutilis cuius personam et uocabulum nouit ipse Studioli sui primitiuos fructus*. Nihil, quo autorem detegas, in hoc Praeloquio, cuius initium: *Primitias ingenioli mei pater et domine beneplacitas nobis faciat karitas benigna &c.* Libellus in Rubricas distributus B. *Mariam ut Hortum conclusum, et Fontem signatum ἀλληγορικῶς* adumbrat.

DCCXCV.

R. 2174 Codex membranaceus lat. Sec. XIV. Folior. 221. 8. per duas

columnas minutius, sed nitide exaratus, rubricis distinctus, et quondam *Domus sancte Trinitatis prope Brunnam Carthus. Ord. Sermonarium* est nullo ordine dispositum, de Tempore, de Sanctis et moralis argumenti. Sermonis I. initium est: *Anima nostra &c. Laqueus &c. Sciendum quod dominus nobis multa gaudia uite in patria dare disponit, sed demones sic nos odiunt quod libenter uelint in perpetuum amplius torqueri ut cum ipsis torqueamur. &c.* Textitur quidem ad Codicis calcem miniatus Indiculus, qui tamen ad nullas paginas remittit.

II. fol. 178. sequitur *Tractatus de VII. speciebus timoris*, cuius Praefatio incipit: *Quoniam exempla plus mouent quam uerba &c.* et qua de Exemplorum usu in sacris Dictionibus agitur citato *beato Dominico et Magistro Jacobo de uitreio al. Vitriaco*. De hoc Noster: *suis sermonibus adeo totam franciam commouit, quod non existat memoria aliquem ante uel post sic mouisse*. De timore Inferni pluribus Capitibus differitur. Alia de hoc *Tractatu inter Cod. Asceticos* retuli.

III. fol. 205. Incipit *Tymdalu yberniensis militis*. Et quidem a Praefatione *Marci* interpretis ad *G. Abbatissam*. Egi de hac Visione *Vol. I. P. 2. col. 1258. et 2261.*

DCCXCVI.

Codex chartaceus lat. Sec. U. 204 XV. Folior. 365. 4. currente calamo